

Purgatorio existentibus: Satagite, diligentes estote, ut per bona opera saluem assequamini.

Se iuste causis sunt. Secunda, quia non videmus fundum cordis nostri, et nescimus an in eo vitium aliquod secretum lateat, quo displiceamus Deo, an opera nostra bona, occulta quadam intentione perversa non vitentur et depraventur.

Nota: Iustae timoris hujus causae multae nobis sunt. Prima est, incertitudo gratiae. Nescimus enim an simus in gratia Dei, an peccata praeterita nobis condonata sint, an vera et seria contritione et penitentia ea expiaverimus. Unde recte monet Sapienter: « De propitiato peccato non esse sine metu. »

Tertia, quia alia sunt iudicia Dei, alia hominum, et iudicia Dei abyssus multa, ut propter occultam hominis superbiam, negligentiam, aliunde peccatum, licet veniale tantum, gratiam suam sensim Deus subtrahat sicutque hominem sibi, quo fit ut periculis et tentationibus expositus ruat in peccata.

Secunda, quia non videmus fundum cordis nostri, et nescimus an in eo vitium aliquod secretum lateat, quo displiceamus Deo, an opera nostra bona, occulta quadam intentione perversa non vitentur et depraventur.

Tertia, quia alia sunt iudicia Dei, alia hominum, et iudicia Dei abyssus multa, ut propter occultam hominis superbiam, negligentiam, aliunde peccatum, licet veniale tantum, gratiam suam sensim Deus subtrahat sicutque hominem sibi, quo fit ut periculis et tentationibus expositus ruat in peccata.

Rursus tot diebus, mensibus, annis, quibus homo etiam probus vivit, tam multa, homine etiam non advertente et quasi nolente, opera illius intercurrunt, quibus vel per cupiditatem occultam, vel per infirmitatem, vel per imprudenciam animam inquinat: ut merito dixerit S. Augustinus de S. Monica matre sua, lib. IX *Confess.*, cap. xxxi: « Vae etiam laudabili vitae hominum, si remota misericordia discutias eam. » Quod Augustinus dicitur citans S. Gregorius, lib. XXIX *Moral.*, ix: « Vae miseris nobis, inquit, qui de electione nostra nullam adhuc Dei vocem cognovimus et jam in otio torpemus. Vae etiam laudabili vitae hominum, si remota pietate judicetur: quia districte discussa, inde ante oculos iudicis, unde se maxime placere suspiciatur, obruitur. » Hinc illud *Psal. cxlii*: « Non intres in iudicium cum servo tuo. » Et *Job ix*: « Eliamsi habuero quippiam iustum, non respondebo ei, sed iudicem meum deprecabor. » Et D. Hieronymus in *Jeremia* cap. xxx: « Omnis, inquit, mundus indiget misericordia Dei. Nullus secutus ad iudicem pergat. » Ita taluit S. Hilarion, teste S. Hieronymo, moriens enim sibi ingeminabat: « Egrederi, quid times? egredere, anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis servasti Christo, et mortem times? In haec verba exhalavit spiritum. » Similia de aliis habet Climacus in *gradibus* timoris.

Quarta, peccandi necessitas, quae est in homine.

Quarta, quia in homine est peccandi necessitas ut non possit evadere, quin aliquando peccet, saltem venialiter: et fragilitas ac inconstantia tanta, quantum singuli experimur, ut levi tentationis statu deiciamur, ut una dies vel nox interposita omnia hominis proposita ac desideria mutet, ut singulari sepe horis nova capiamus consilia, nova queramus oblectamenta.

Quinta, hostes.

Quinta, quia habemus hostes validissimos, qui in nostram perniciem conjurant, demones scilicet, carnem et mundum. « Artifices regularius, ait Chrysostomus, etsi valde prelo sit, cum timore tamen et tremore stat (in tecto), metuens ne ab edificio decidat: et tu credidisti, multa bona parasti, in sublimo ascendisti, caute tepsum continebis et cum timore stabis, oculumque vigilantem habebis, ne inde decidat: sunt enim multae nequiae spirituales, quae te dejicere conantur. »

Secundo, quia non videmus fundum cordis nostri, et nescimus an in eo vitium aliquod secretum lateat, quo displiceamus Deo, an opera nostra bona, occulta quadam intentione perversa non vitentur et depraventur.

Secundo, quia non videmus fundum cordis nostri, et nescimus an in eo vitium aliquod secretum lateat, quo displiceamus Deo, an opera nostra bona, occulta quadam intentione perversa non vitentur et depraventur.

Secundo, quia non videmus fundum cordis nostri, et nescimus an in eo vitium aliquod secretum lateat, quo displiceamus Deo, an opera nostra bona, occulta quadam intentione perversa non vitentur et depraventur.

Nota secundo: Hic timor aptissimum est medium ad perseverantiam et salutem, nosque non anxios et scrupulosos facit, sed potius confirmat, et certiores reddit de nostra salute. Cujus ratio est, quia sicut spes, ita et timor medium est a Deo ordinatum et via recta ad salutem. Id docet S. Bernardus, serm. 13 in *psal. Qui habitat*: « Timor, ait, maxima spei est materia: quia timor est donum Dei dirigens nos ad salutem, et ex perceptione praecedentium donorum firma expectatio futurorum, et quia beneplacitum est Domino super timentes eum, et utique vita in voluntate ejus, et in beneplacito ejus salus aeterna. » Idem patet e contrario: nam quoquoque fere lapsi sumus, lapsi sunt ex nimia praesidentia et securitate, atque ex oculata quadam superbia, quia suae virtuti et sanctitati nimis innixi et confisi sumus: « Vidimus, » inquit auctor *Soliloquiorum*, cap. xxxi, tom. IX operum S. Augustini, « vidimus, in-

Scripta ad incertitudo de perseverantia et saluta

Timor est optimum medium ad perseverantiam

quire, multos, Domino, ex Patribus nostris (tales fuerunt Origenes, Tertullianus et Lucifer Calaritanus), quod utique sine magno tremore non recoilo, sine multo timore non confiteor, ascendis primum quodammodo usque ad coelos et inter sidera nidum suum collocaes, postmodum autem cecidisse usque ad abyssos et animas eorum in malis obstupuisse. Vidimus stellas de caelo cecidisse ab impetu ferientis caudae draconis, et eos, qui jacebant in pulvere terra, a facie sublevantis manus tuae, Domine, mirabiliter ascendisse. Vidimus vivos morientes et mortuos a morte surgentes, et eos, qui inter filios Dei ambulabant in medio lapidum ignitorum, quasi lutum ad nihilum defluxisse. Vidimus lucem obtenebrasse et de tenebris lucem processisse: quia publicani et meretrices praecedunt incolas in regno coelorum, filii autem regni ejiciuntur in tenebras exteriores. Denique aptam rationem et medium ad consequendum hunc timorem praescribit hic Chrysostomus: « Quomodo, inquit, comparabitur iste timor? si cogitaverimus Deum ubique praesentem esse, audire omnia, omnia videre, etiam quae in corde sunt et in profundo animi. Dic mihi: si tibi semper proxime principem standum esset, non cum timore adstares? Quando comedis, cogita praesentem esse Deum; adest enim. Quando dormituri es, quando irasceris, quando rapis, quando deliciaris et quidquid tandem feceris, cogita adesse Deum; et nunquam in risum incidet, nunquam ad iram accenderis. Si cogitationem istam semper habueris, semper in timore eris ac tremore, tanquam si prope regem adstes. »

Deo ratione comparandus hic timor

id mihi indit debet. Sicut enim frustra diceas igni, aut bruto: Esto diligens, satage ut calorem, ut cibum tibi compares; ita frustra diceas nobis: Satage, ut bene vivas, si homo non est ad ea liber, sed ad ea agi debet quasi brutum.

Secundo, aliqui Catholici sic exponunt: « Deus operatur velle, » id est physice praedeterminat voluntatem ad actum volendi, ita tamen ut praedeterminando faciat hominem libere velle: sicut enim praedeterminat actum, ita et ejus modum, ut scilicet libere fiat, ut libere veilit. Putant hanc praedeterminationem significari voce operatur, et, ut significantius habet Graecus, *εβρηθη*, qui inoperatur per internam suam vim, energiam et efficaciam.

Verum difficile est, has praedeterminationes Dei conciliare cum libertate arbitrii nostri. Si enim liberum arbitrium est praedeterminatum, quomodo manet liberum? quod enim liberum est, indeterminate et indifferens ad utrumlibet, ut se determinare et seclere possit in alterutram partem, quam libere amplecti et eligere volebit. Nam hoc est, quod ait Sapienter, *Eccles. xv, 14*: « Deus, inquit, ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui, » et vers. 17: « Apposuit tibi aquam et ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum; quod plaueit ei, dabitur illi. » Et Moyses, *Deut. xxx, 15*: « Considera quod proproposuimus tibi in conspectu tuo vitam et bonum; et e contrario mortem et malum. » Et vers. 19: « Elige ergo vitam, » c. Pluribus ipsis demonstrant Bellarminus, Suarez, Molina, Valentia et alii, tractatu *De Gratia*. Unde et modo nonnulli Doctores sapientiores, qui praedeterminationes hasce posuerunt, eas emolliunt, easque non physicas, sed morales interpretantur, ut in re non sint aliud, quam « efficacia gratiae, quae certo futura est efficax, quia habitura est sum effectum, seu quia ita malebit et alioquin hominis voluntatem, ut illa libere gratiae consentiat, eoque cooperetur. » Apostolus ergo per *operatur*, non intelligit hanc praedeterminationem physicam; quia ipse paulo ante iussit Philippenses suam salutem operari cum metu et tremore, ipsos ergo vult esse sollicitos, pavidos, diligentes in bonis operibus: non ergo Deus illos praedeterminat ad sollicitudinem, pavorem, diligentiam. Si enim prevenit Deum meam sollicitudinem, etiamque praedeterminat, ut quid ego laborem, ut quid sum sollicitus? Deo id curae est, Deus id certissime et efficacissime praestabit, mea sollicitudo nihil hic juvat; nec enim possum esse sollicitus, nisi Deus me ad hanc sollicitudinem praedeterminet, et si praedeterminet, non est quod sum sollicitus, quia haec praedeterminatio certissime me faciet sollicitum: cur ergo, o Paulus, nos hortaris ad sollicitudinem, cum haec non tua nostra, sed in Dei solus sit potestate et manu praesessum: quia id facere non possum, sed a Deo

Gratia non per praedeterminationem acitur liberum

Chryso-
stom.

Theodoretus sic exponit: « Deus operatur in nobis velle, » quia voluntatis promptitudinem ad bene operandum, quam invenit in nobis, jurat, auget et promovet: facit enim ut bene operando promptiores simus et fortiores ad eadem bona opera iteranda et augenda; nam sicut olium invitat et trahit ad olium, ita opus invitat et trahit ad opus, et vicissim, uti ex opere, ait Chrysostomus, nactur opus, ita ex otio trahitur olium. Dedisti eleemosynas? magis excitaris ad dandum: non dedisti? pigresces magis. Modestiam tenuisti uno die? habes invitamentum ad alterum. Segniter existi? auxisti segnitie. Ita S. Dominicus Loricatus sensim exereendo et agendo suas austeritates et penitentias, tandem pene incredibiles fecit, ut lorica ferrea ad carnem præcinctus incederet, disciplina faceret quotidie ad multas horas, abstinencias, orationes, psalmodias brachii extensis ad stuporem. Cumque alii mirarentur, qui id fieri posset, respondit: « Somnum somnus adescat, et vigiliis vigiliae pariunt; nam corpus humanum in quo paulatim prius enutritur, in hoc per incrementa postmodum roboratur. » Ea enim est vis et illecebra consuetudinis, educationis et exercitationis, ut sicut qui dormit, qui bibit, plus semper dormire et bibere cupit; ita qui se dat abstinencia et penitentia, plus deinde abstinere sequæ affligere cupit et gaudet. Experiat quisque, et ita esse sentiat. Ita se exerceverunt olim S. Eremitæ et Cœnobite, qui inde Ascetas, id est *Exercitantes* sunt dicti. Idem fit in aliis virtutibus.

Hic sensus sane intellectus, non est alienus a scopo Apostoli: loquitur enim fidelibus jam justificatis, quos vult cum metu et tremore pergere in operibus justitiæ, eo quod Deus operatur in illis velle et perficere: velle ergo intelligit illud, non quo velint primura credere, sed quo velint pergere in culpa fide et justitia, q. d. Satagite vestram salutem, o fideles, operari; quia sic Deum advocabitis, ut is, sicut cepit, ita pergat in vobis operari velle, faciatque voluntatem vestram in dies paratorem et promptiorem ad volendum et perficiendum bona opera, quibus salutem assequamini.

Quarto et optime S. Augustinus, *Deus generaliter operatur in nobis quodvis bonum velle, quo ad salutem dirigimur, sive justissimi, sive peccatores ad justitiam tendentes et aspirantes: quia voluntatem tam penitentem, quam amandam et quodvis bonum operandi sui gratia prævenit et præparat, movet et incitat, ut libere velit penitere, amare et quodvis bonum operari, q. d. Deus non tantum operatur perficere, Græcè *ἐργάζεσθαι*, id est operari et agere, sed etiam ipsum velle; quia non tantum operatur ipsum opus et actum externum, sed etiam internam voluntatis electionem et consensum, quo voluntas eligit et vult facere actum externum et opus bonum.*

Nota prima: *fox enim erat causam preceden-*

Somnus
somnia
somnia
labor le-
horæ,
virtus

Quarta et
generata

Quarta et
generata

tium, cur scilicet debeamus cum metu et tremore salutem nostram operari: causa hæc est, quia Deus operatur in nobis velle et perficere, q. d. Licet, o Christiani Philippenses, liberum habeatis arbitrium, et in vestra potestate sit bene operari et salvari, hortor tamen vos, ut cum humilitate et tremore diligenter serviatis Deo et bona opera, eaque quæ salutis sunt operemini. Quia si quid boni habetis, aut facitis, id non a vobis habetis, sed a Deo, qui superbis, prædentibus et præ præsentibus negligentibus ac torpentibus resistit et gratiam suam subtrahit: humilibus autem, orantibus, pavidis et sollicitis dat, auget et continuat gratiam; et, si providi et diligentes sitis in operibus salutis, Deus, sicut cepit, ita perget in vobis operari velle et perficere bonum: sin presumptiosi sitis, securi a segnes, Deus se subtrahet, nec perget in vobis operari velle et perficere bonum, itaque a salute vestra corruetis. Deus ergo in vobis operatur tam primum, quam secundum, tertium, ac quodvis aliud sequens bonum velle (id est bonam voluntatem) et perficere; sed ita, ut velit vos sua operationi humiliter, strenue et sollicitè cooperari. Si enim cooperari negligatis, aut ea in re sitis presumptiosi, Deus quoque vos negiget et gratiam suam subducat, hoc ulterius in vobis operabitur secundum, tertium, ac quartum bonum velle et perficere: quo fiet, ut a bona voluntate et opere excidatis, non perseveretis, nec salutem assequamini. Ita S. Augustinus, tum alibi sæpe, tum serm. 2. *De Verbis Apostoli*: « Imple, inquit, vallem, suscipe imbrem, gratia pluvia est: non in montes, sed in vales, id est humiles descendit. » Idem Augustinus, *De Gratia et libero arbitrio*, cap. ix: « Quando, inquit, iubetur ut operentur, liberum eorum convenitur arbitrium: sed ideo cum timore et tremore, ne sibi tribuendo quod bene operantur, de bonis tanquam suis extollantur. Tanquam ergo Apostolus interrogaretur, et diceretur ei: Quare dixisti, Cum timore et tremore? horum verborum rationem reddidit, dicens: Deus est enim qui operatur in vobis; si enim timetis et tremetis, non extollimini tanquam de vestris operibus bonis, quia Deus est, qui operatur in vobis. »

Nota secunda: Deus operatur velle per gratiam prævenientem et excitantem, qua intellectum illuminat, immittendo illi bonas cogitationes et lumina, quibus apprehendat, conderet et estimet tum enormitatem penarum peccatorum, tum honestatem ac præmia virtutum, tum Dei iudicium, tum eternitatem aliaque quæ salutis sunt.

Secundo, excitat voluntatem et affectum, pios motus, affectiones et impulsus timoris, spei, penitentia, dilectionis, aliosque similes, illi indendo, quibus suadet et persuadet, suadendoque et persuadendo operatur et facit, ut voluntas libere velit timere, sperare, penitere, diligere, non se sola, nec per naturam

metuere
quod
Deus
retrahit
le, non
in præ-
et agere
bis, ad
a bono
et volentis

Deus aliter
operatur
in
homine,
aliter in
bruto.

Deus operatur
in
homine
voluntate,
non des-
potice.

Deus operatur
in
le, in
no, illo
munda
intellectu.

Secundo,
pious
timoris,
spei,
penitentia,
dilectionis,
aliosque
similes,

vires, sed per eandem Dei gratiam, qua sicut voluntatem prævenit et excitavit, ut vellet, ita dum vult illam adjuvat, illicque cooperatur ut velit; et hoc significat Græcè *ἐργάζεσθαι*, q. d. Inoperatur, scilicet intima vi sua penetrans, illuminans et movens intima intellectus et voluntatis nostre, illisque cooperans. Et hoc est quod ait S. Augustinus, *De Gratia et libero arbitrio*, cap. xiv: « Deus, inquit, est qui operatur in nobis velle et operari: certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit: Faciam ut in justificationibus meis ambuletis. »

Ubi adverte: Aliter Deus operatur velle, aliter operatur est eorum, terram, germina aliaque omnia, quo creavit, aut fecit. Rursum aliter operatur Deus in anima et voluntate opus liberum, aliter in re inanimata aut bruta operatur opus inanimata, naturale aut animale: hoc enim operatur hæc ratione, nimirum causas secundas inanimatas aut brutas determinando, et determinatione sua necessitatem illis imponendo ad suas actiones: opus vero liberum operatur in voluntate, illi suadendo, illam mulcendo, alliciendo, blandiendo, molliendo, terrendo, roborando interius: sicuti exterius principes et magistratus operantur in suis subditis velle obedientiam, ut velint parere suis legibus. Operantur, inquam, non physice determinando eos ad hoc velle, sed moraliter per minas et blanditias, per penas et præmia eos inducendo, suadendo et provocando, ut libere velint legibus obedire: hoc enim est imperium politicum, quo principes liberaliter imperant suis, quasi civibus; non despoticum, quo serviliter et coacte suis, quasi mancipiis dominantur. Tale proportionaliter est imperium et operatio Dei, qua in liberis creaturis, angelo et homine operatur, easque regit non despotice, sed politice, libere et regaliter; aliter enim libertati vim inferret, si in ea, non moraliter suadendo, sed physice determinando, operaretur velle. Unde Syrus, Vatablus et Erasmus clare vertunt: « Deus est, qui agit in vobis et ut velitis, et ut efficiatis; » vel, ut Syrus: « ut perficiatis id quod vultis. »

Nota tertio: Hinc cum S. Augustino docet Ecclesia, omne bonæ voluntatis, fidei et salutis initium esse a gratia præveniente. Negavit hoc Gentilis ille, cujus hæc, non Christiana, sed athena est vox de Deo: *Det vires, det opes, animam equum mihi ipse parabo*. Negavit idipsum et Pelagius: nam distinguens hæc tria in homine, scilicet posse, velle, agere, docebat posse, id est potentiam volendi, sive voluntatem et libertatem, esse a Deo; sed velle et agere esse ex nobis, nec ad hæc opus esse gratia Dei. Unde Pelagius hinc Pauli locum per metonymiam, qua effectus ponitur pro causa, sic exponebat: Deus operatur velle, id est, posse, inquit, quia dat sibi potentiam ut possim velle; sed hoc plane est extra scopum et mentem apostoli: vult enim

nos cum timore operari bona, ex eo, quod Deus operatur velle: non ergo loquitur de potentiâ, sed de actuali velle; nam volendi potentiam omnes homines a Deo acceperunt, nec solliciti esse debent, aut cum metu operari, timeentes ne si segniter operentur eam amittant, aut ea priventur; hic enim ridiculus et friyolus est timor: sed velle actuali privari possunt, multique segnes eo privantur, quia Deus eis gratiam subtrahit, quæ requiritur ad hoc velle: ergo de velle actuali, non potentiâ loquitur Apostolus. Audi S. Augustinum, *De Gratia Christi*, cap. ii: « Pelagius, inquit, tria constituit atque distinguit, quibus divina mandata dicit impleri, possibilitatem, voluntatem et actionem: possibilitatem scilicet, quæ potest homo esse justus: voluntatem, quæ vult esse justus; actionem, quæ justus est. Horum trium primum, id est possibilitatem datam conficitur ab auctore nature, nec esse in nostra potestate, sed eam nos habere clemens nolimus; duo vero reliqua, id est voluntatem et actionem, nostra esse asserit, atque ita nobis tribuit, ut non nisi a nobis esse contentat; tanquam hæc duo tam sint valentia ad declinandum a malo et faciendum bonum, ut divino adiutorio non indigent; illud vero, quod nobis ex Deo est, hoc sit invalidum, id est possibilitas, ut semper grati acceperit auxilio. » Deinde cap. v, hoc refutans: « Contra, inquit, Apostolus: Cum timore, ait, et tremore vestram ipsorum operamini salutem. Et ut scirent quomodo non tantum in eo quod operari possint (hoc enim et in natura, et in doctrina jam acceperant), sed etiam in eo quod operantur, divinitus adjuventur, non ait: Deus est enim qui operatur in vobis posse, tanquam ipsi jam velle et operari per seipsos habeant, nec in his duobus adiutorio indigent; sed ait: Deus enim est qui operatur in vobis et velle et perficere; vel sicut in aliis et maxime Græcis codicibus legitur, et velle et operari. » Rursum cap. x, subiungens responsum Pelagii dicens: « Deus, inquit, operatur in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos multorum more animalium tantummodo presentia diligentes, future gloriæ magnitudine et præmiorum sollicitatione succendit, dum revelatione sapientiam in desiderium Dei stupentem suscitavit voluntatem, dum nobis, quod bonum est, non metuis, suadet omne quod bonum est. Quid manifestius, nihil aliud cum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle quod bonum est, quam legem atque doctrinam? In lege namque et doctrina sanctorum Scripturarum futura gloriæ atque præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam perlinet etiam quod sapientia revelatur, ad doctrinam pertinet, cum suadet omne quod bonum est. » Mox hæc refutans: « Sed nos, inquit, eam gratiam agnoscimus, istam aliquando fateatur, qua futuro gloriæ magnitudine non solum

Rafellia
eum S.
Augustinus.

Error P.
dicit.
Deus
operari
velle, per
legem, et
promittendo
et pollicendo.

visitavit in carcere me, cui Nero tam infensus est; ita Chrysostomus. Vel simpliciter: ut mihi serviret, se suamque salutem neglexit et sui oblitus, labore tanti itineris et jugi fatigatione, ut me resque meas curaret, vigiliis et abstinentia fere se confecit, et in morbum pene lethalem incidit, ut patet vers. 26 et 27.

TRADES ANIMAM SUAM (παραβουλεύμας τῆ ψυχῆς, id est perperam, aut male consulens animæ (vitæ) suæ. Vatablus vertit, non habita ratione vitæ; Syrus, nihil fecit seipsum, q. d. Neglexit se, non habuit curam valetudinis suæ, sed illam tradidit et

exposuit pro me), UT IMPLERET IN QUOD EX VOBIS DEFERAT ERGA MEUM OBSEQUIUM. — Græce, ἵνα ἀναλήψωσθε τὸ βῆλον ὑπέροχα τῆς ψυχῆς καὶ λατρεύσατε. id est, ut plene adimpleret vestrum defectum ministerii circa vel potius erga me, q. d. Ego spiritualis vobis communicavi, vestrum erat temporalia tolli rependere, præsertim in vinculis constituto; et quidem misistis nonnulla ad me; sed quod hisce deerat, ac præsertim ministerium ad me resque meas curandas, cum vos absentes sitis, præsentem Epaphroditum pro vobis mihi supplevit et adimplevit.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, hoc cap. aggreditur potissimum epistolæ argumentum, scilicet ut refutet judaizantes, et Simonianos hæreticos, docetque contra eos veram justitiam et salutem non a lege Moysi, sed a Christo incarnato et crucifixo petendam esse. Idem docuit epistola ad Romanos et ad Galatas.

Indo secundo, vers. 7, ait se legalia, et reliqua omnia, propter Christum arbitrari ut damna, imo ut stercora.

Tertio, vers. 12, docet se esse non perfectum, sed tendere ad perfectionem christianismi.

Quarto, vers. 18, insectatur inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est: Nostra autem, ait, conversatio in caelis est, etc.

1. De cætero, fratres mei, gaudeite in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. 2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. 3. Nunc enim sumus circumcisio, qui spiritu servimus Deo et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes: 4. quanquam ego habeam confidentiam et in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis. 5. Circumcisio octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræis ex Hebræis, secundum legem Phariseus, 6. secundum æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum justitiam quæ in lege est, conversatus sine querela. 7. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitrari sum propter Christum detrimenta. 8. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, 9. et inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam; quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide, 10. ad cognoscendum illam et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius: configuratus morti ejus. 11. Si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. 12. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu. 13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum; 14. ad destinatum persequor, ab brevium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. 15. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit. 16. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem speramus: et in eadem permaneamus regula. 17. Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. 18. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi: 19. quorum finis inferitas: quorum Deus venter est: et gloria in confusione ipsorum, qui terreni sapient

20. Nostra autem conversatio in caelis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, 21. qui reformabit corpus humilitatis nostræ, conformatum corpori claritatis suæ, secundum operationem qua etiam possit subjicere sibi omnia.

1. DE CÆTERO (ἵνα γάρ, id est quod superest; Syrus vertit, proinde). FRATRIS MEI, GAUDEITE IN DOMINO. — q. d. Solhati et mosti orali de vinculis meis, ac de morbo Epaphroditii doctoris vestri, nunc et hunc sanctum recipitis, et mea vincula mihi gaudio, Evangelio honori et multis salutis fuisse, vos cap. i certiores feci; proinde superest, ut abstersa omni tristitia gaudeatis, sed « in Domino » Christo, qui vobis hanc omnem consolationem et gratiam impertit, quique fidem, religionem et Ecclesiam suam Christianam, tum Roma, tum apud vos ita propagat et exallat.

EADEM VOBIS SCRIBERE MIHI NON PIGRUM, — id est, ut Vatablus, non piget, et Syrus, non est mihi tediosum, aut molestum toties eadem vobis scribere et inculcare: charitas enim qua vos complector, omne hoc tedium absorbet, omnem sequitium exulit, facite ut diligens et assiduus sim in vobis docendis et commonefaciendis.

VOBIS AUTEM NECESSARIUM. — Græce ἵνα δὲ ἀναλήψωσθε, id est, vobis autem tutum, q. d. Quod toties eadem scribo, facio ut vos corroborem faciamque tutiores, cautiores et vigilantiores, ne in errorem aliquem aut peccatum prolabamini. Noster cum Ambrosio, pro ἀναλήψωσθε videtur legisse ἀναγὰς; positum pro ἀναγὰς, hoc est necessarium.

2. VIDETE CANES, — q. d. Observate, et ut Syrus, cavete, impudente et improbos Judaizantes et hæreticos, qui nos allatrant et mordent, quasi canes. Nota catachresin: videre idem hic est, quod cavere. Sic ad Coloss. ii, 8: « Videte, » id est videndo cavete, « ne quis vos decipiat per philosophiam. » Nota secundo, hic genium hæreticorum cynicum, sive caninum, quem hoc sæculo expertus B. Thomas Morus, Angliæ Cancellarius: « Hæretici, inquit, primam suam hypocrisin jam sustulerunt, sed impudentiam substituerunt; ut qui ante religionem simulabant, nunc in impietate gloriantur. » Hinc manavit illa phrasid qua vulgo hæreticos comparamus canibus dicentes: ὄψις ἰσὺς αὐτῶν αἰετὸν ἔσθουσι.

VIDETE MALOS OPERARIOS, — cavete et fugite pseudoapostolos, qui christianismum miscet et corruptum judaismo, inquit Chrysostomus.

VIDETE (cavete) CONCISIONEM. — Nota primo: « Concisionem » vocat circumcisionem, ut patet vers. seq., idque ut eam elevet, et Christianis parvipendendam doceat, q. d. Circumcisio olim tam pretiosa, nunc post Christum tantum est concisio: « Nihil enim aliud, inquit Chrysostomus, jam faciunt (Judæi se circumcidentes) quam quod carnem concidunt; cum enim legitimum non sit quod faciunt, nihil aliud est, quam carnis sectio et concisio. » Addit Chrysostomus concidit dicit illa, quæ temere et inaniter, ac præter

Concisio vocatur circumcisio, cur?

artem inciduntur; circumcidi vero a quæ, recitatio superflua, expoluntur. Versum, per concisionem, seu circumcisionem, intelligit circumcisos et circumcidentes, scilicet Judeos pseudoapostolos. Ita Chrysostomus, Syrus, Theodoretus; abstractum enim ponitur pro concreto, juxta Can. 21.

Secundo, « concisionem » vocat ipsam hæresim Simonis, Basilidis, Cerinthi, « qui, ut ait S. Ignatius, epist. ad eosdem Philippenses, partum Virginis circumcidunt et mutilant, dividentes scilicet Jesum a Christo » (hominem a Deo), et dicentes B. Virginem esse matrem Jesu, non Christi, Christumque non esse passum vere, sed per imaginem, vel opinionem et apparenter tantum, aut non esse passum Christum, sed solum Jesum, de quo vers. 18.

Tertio, ut Chrysostomus, « concisionem » vocat schisma et scissuram religionis et Ecclesiæ, quata faciebant hi pseudo-doctores; aludit enim ad canes, quos jam nominavit hoc vers. 2, q. d. Hi falsi doctores quasi canes rabidi Ecclesiam concidunt et lacerant, ab eaque et a Christo excisi sunt, ait Anselmus, aliosque exsuscindunt.

Quarto, aludit ad eorundem « concisionem, » id est perditionem et mortem æternam, quam sibi concisione et circumcissione jam dicta accersunt. Græcum enim καταρῆσθαι et concisionem et occisionem significat.

3. NOS SUMUS CIRCUMCISIO, QUI SPIRITU SERVIMUS DEO, ET GLORIAMUR IN CHRISTO JESU, ET NON IN CARNE FIDUCIAM HABENTES. — q. d. Recte dixi cavendam circumcisionem carnalem, et Judaizantes circumcisos, qui pariter vos volunt circumcidere: quia hæc carnalis circumcisio non est vera circumcisio, sed carnis tantum concisio, uti eam vocavi vers. præced.; vera enim circumcisio est apud nos Christianos, qui sumus « circumcisio, » id est circumcisi (juxta Can. 21) spiritu, qui carnalia desideria pariter et Judaicas caeremonias circumcidentes et ressecantes, spiritu servimus Deo, quæ sola vera est et Deo placens circumcisio. Ita Theodoretus et alii. Sic Roman. ii, 28, dixit: « Non enim qui in manifesto, Judæus est; neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio; sed qui in abscondito, Judæus est: et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est. »

SPIRITU SERVIMUS DEO. — Triplex est hic lectio, ut indicat S. Augustinus, lib. I De Trinit., cap. vi.

Prima, « Qui spiritu Dei servimus. »

Secunda, « Qui spiritui Dei servimus. » Hanc mordicus tenet Ambrosius, lib. II De Spiritu Sancto, cap. vi, ut probet Spiritum Sanctum esse Deum et patria colendum.

Secundo, concisio est hæresis Cerinthi, qua Christum concidit.

Tertio, est schisma No-vantium.

Quarto, est concisio et mortis æternæ forma.

Vers. 2.